



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xxxvii [i.e. vii]. Differentia est quid aptum prædicari de multis, numero vel specis differentibus per modum partis essentialis formalis, seu in quale essenziale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

VII. DIFFERENTIA est unum aptū inesse multis, & prædicari de multis numero vel specie differentibus, per modum partis essentialis formalis (ut conveniat tam differentia infimæ v. g. rationali, quàm subalternæ v. g. sensitivo) in quale quid, seu in quale essentialiter, intellige, incomplexè: dicitur autem in quale quid prædicari, non quòd prædicetur essentialiter & simul accidentaliter, sed quòd prædicetur in quid essentialiter quoad modum accidentaliter, nimirum adjectivè. Porro differentia nec respectu generis, quod dividit, nec respectu speciei, quã constituit, est formaliter universalis; quia conceptus universalis est formaliter conceptus superioris; unde in hac propositione; *homo est rationalis*: differentia prædicatur de specie, nec ut singularis, nec ut formaliter universalis, sed tantum ut materialiter vel virtualiter universalis, in quantum ex eo, quòd de homine prædicetur, possit quoque de individuis hominum prædicari. Differentia tamen generica respectu specierum, quæ sub genere vel specie subalternâ à se constituta collocantur, est verè universalis v. g. *sensitivum* respectu hominis & bruti.

VIII.